

se morti, multis praesentibus, marchionem maximis et mortiferis inciderunt vulneribus.
Qui recepta a domino Patriarcha suorum absolutione peccaminum, sanctissimam omnipotenti Deo reddidit animam.

Blest

Tum vero [a] in luctum dolor [b] resolutus amarum,
Tum [e] vires [d] habuere suas lamenta, nec ultra
Mobilis horrendos suppressis[^f] turba tumultus.
Non ciet astra fragor [f], cum quatuor axem
Stelliferum qua[^g]nt agitando tonitrua fratres,
O felix mortale genus, si semper haberet
Aeternum p[re]te mente [f] bonum, finemque timeret!
Qui tam nobilibus, media quam plebe creatis [g]
Improvisus adest, anime discrimine magno.
Est hic exemplum: cui non sufficerat orbis [h],
Sufficit exciso [i] decisa marmore [j] terra
Quinque pedum fabricata domus. Quam nobile corpus
Exigua requiescit humo per specula cuncta [k].

Quando comes Guido castrum Baccagnanum furtim invasit.

CAP. CV.

Dum Faventini, licet praeter solitum, cum omnibus suis pacem haberent vicinis,
comes Guido Guerra pacis compage qua ipsis tenebatur post dorsum abjecta, anno MCXC, Baccagnanum eorum castrum furtim invasit [A]. Qua quidem offensa cives
non modicum sunt irati.

[a] Tum vero. Sic legit Cl. Mitt.; in C. V., cum vero. — [b] in luctum dolor. Sic lego. Codd. habent, in luctum dolorem. — [c] Tum vires. Sic idem Cl. Mitt.; C. V. habet cum. — [d] vires. Sic Cl. Mitt. Codd. habent in res. — [e] Non ciet astra fragor, cum quatuor axem. Sic legit Cl. Mitt. In C. M., nonciet; in C. V., nunciet; sed in hoc versu deficit unus pes, forte exscribentis incuria verbum aliquod omissum. — [f] p[re]te mente, C. V.; premente, C. M. — [g] plebe creatis. Sic C. V.; plebe crearis, C. M. — [h] sufficerat orbis. Sic lego. Sufficerat, C. M.; sufficeret, C. V. — [i] Sufficit exciso. Sic Cl. Mitt.; sufficit exciso, C. M. Num potius, ex sciso legendum? — [j] decisa marmore. Sic fortasse; sed codices habent, de cisa marmore. Num potius, de caesa marmore, legendum? — [k] saecula cuncta. Sic lego. C. M., secula contra.

[A] Ex hoc loco liquet, Baccagnanum in ditione Faventinorum fuisse, contra ac Salictus opinatus est. Quod castrum e regione erat Brasichellae, sive potius loci, ubi nunc est Brasichella. Ad an. 1178 apud Tondutum legitur exemplum juratae fidelitatis et submissionis ab hominibus hujus castri communi Faventino. Charta authentica est in Archiv. Eccl. Cathedralis.